1528 parationem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio [can. 11], sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, unde homo ex iniusto fit iustus et ex inimico amicus, ut sit heres secundum spem vitae aeternae (Tit 3,7).

840 Huius iustificationis causae
1529 sunt: finalis quidem gloria Dei et Christi ac vita aeterna; efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit et sanctificat (1 Cor 6,11) signans et ungens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostrae (Eph 1,13sq); meritoria autem dilectissimus Unigenitus suus, Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici (cf. Rom 5,10), propter nimiam caritatem, qua dilexit nos (Eph 2,4), sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit [can. 10], et pro nobis Deo Patri satisfecit; instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est «sacramentum fidei»²⁹, sine qua nulli unquam contigit iustificatio. Demum unica formalis causa est «iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit»³⁰ [can. 10 et 11], qua videlicet ab eo donati reno-

Esta disposición o preparación viene seguida de la justificación misma, que no es una simple remisión de los pecados [canon 11], sino también una santificación y renovación del hombre interior, por la recepción voluntaria de la gracia y de los dones. Por ello, el hombre pasa de injusto a ser justo, de enemigo se convierte en amigo, para ser heredero, en esperanza, de la vida eterna (Tit 3,7).

He aquí las causas de esta justificación: causa final, la gloria de Dios y de Cristo, ciertamente, y la vida eterna; causa eficiente, Dios misericordioso, que purifica y santifica gratuitamente (1 Cor 6,11), sellando y ungiendo con el Espíritu Santo de la Promesa, que es prenda de nuestra herencia (cf. Ef 1,13s); la causa meritoria es su Unigénito amadísimo, nuestro Señor Jesucristo, el cual, cuando éramos enemigos (cf. Rom 5,10), nos mereció la justificación con su pasión santísima en el madero de la cruz [cf. n.871], por el grandísimo amor con que nos amó (Ef 2,4) y satisfizo por nosotros a Dios Padre; la causa instrumental es el sacramento del bautismo, el «sacramento de la fe»²⁹, sin la cual a nadie se le concedió jamás la justificación. Finalmente, la única causa formal es la justicia de Dios, «no aquella por la cual él es justo, sino aquella con la que él nos hace justos a nosotros»³⁰ [canon 10 y 11]. Es decir, aquella por la que enriquecidos dadivosamente por él, somos renovados en lo más íntimo del alma, y no sólo se nos considera justos,

²⁹ SAN AMBROSIO DE MILÁN, *De spiritu Sancto* 1,3,42: ML 16,714; SAN AGUSTÍN, *Epist. ad Bonifac. episc.* 9: ML 33,364.

³⁰ Cf. SAN AGUSTÍN, *De Trinitate* XIV, 12,15: ML 42,1048.

vamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur et sumus, iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult (1 Cor 12,11), et secundum propriam cuiusque dispositionem et cooperationem.

841 Quamquam enim nemo possit
1530 esse iustus, nisi qui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impietate iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum Sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus (Rom 5,5) eorum, qui iustificantur, atque ipsi inhaeret [can. 11]. Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur: fidem, spem et caritatem.

842 Nam fides, nisi ad eam spes
1531 accedat et caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius vivum membrum efficit. Qua ratione verissime dicitur, fidem sine operibus mortuam (Iac 2,17sq) et otiosam esse [can. 19], et in Christo Iesu neque circumcisionem aliquid valere, neque praeparitatem, sed fidem, quae per caritatem operatur (Gal 5,6; 6,15). Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem vitam aeternam praestantem³¹, quam sine spe et caritate fides praestare non potest. Unde et statim verbum Christi audiunt: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata (Mt 19,17) [can. 18-20]. Itaque veram et christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam (Lc 15,22) pro illa, quam Adam

sino que en realidad de verdad nos llamamos y somos justos, al recibir en nosotros la justicia en la medida en la que el Espíritu Santo la reparte a cada uno como quiere (1 Cor 12,11) y según la propia disposición y cooperación de cada uno.

En efecto, aun cuando nadie puede ser justo sino mediante la comunicación de los méritos de la pasión de nuestro Señor Jesucristo, esta comunicación se lleva a efecto en la justificación del impío cuando por el mérito de esta santísima pasión se infunde por medio del Espíritu Santo la caridad de Dios en los corazones (cf. Rom 5,5) de los que son justificados y queda inherente en ellos [canon 11]. De este modo, recibe el hombre, en la misma justificación, por Jesucristo en el cual se inserta, juntamente con la remisión de los pecados estos dones infusos: la fe, la esperanza y la caridad.

Porque si la esperanza y la caridad no se añaden a la fe, la fe no une perfectamente a Cristo ni hace un miembro vivo de su cuerpo. Esta es la razón por la que dice con toda verdad que la fe está muerta sin las obras (Sant 2,17) y es inútil [canon 19], y: En Cristo Jesús, ni la circuncisión vale nada ni la incircuncisión, sino la fe que opera por la caridad (Gál 5,6; 6,15). Esta es la fe que, según la tradición de los apóstoles, piden los catecúmenos a la Iglesia antes del sacramento del bautismo, cuando piden «la fe que da la vida eterna»³¹, vida que no puede dar la fe sin la esperanza y la caridad. De ahí que inmediatamente oyen la palabra de Cristo: Si quieres entrar en la vida, guarda los mandamientos (Mt 19,17) [can.18-20]. Así, pues, al recibir la verdadera y cristiana justicia, se les manda, apenas renacidos, conservarla blanca y sin mancilla como aquella primera vestidura (Lc 15,22) que se les ha dado por Cristo Jesús, en lugar de la que, por su desobediencia, perdió Adán para sí y para nosotros, a fin de que la lleven ante

sua inobedientia sibi et nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam et immaculatam iubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Iesu Christi et habeant vitam aeternam³². el tribunal de nuestro Señor Jesucristo y tengán la vida eterna³².

C.8. Cómo se entiende que el impío es justificado por la fe y gratuitamente

843 Cum vero Apostolus dicit,
1532 iustificari hominem per fidem [can. 9], et gratis (Rom 3,22.24), ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiae catholicae consensus tenuit et expressit, ut scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia «fides est humanae salutis initium»³³, fundamentum et radix omnium iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo (Hebr 11,6) et ad filiorum eius consortium pervenire; gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur; si enim gratia est, iam non ex operibus; alioquin (ut idem Apostolus inquit) gratia iam non est gratia (Rom 11,6).

C.9. Contra la vana confianza de los herejes

844 Quamvis autem necessarium
1533 sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam et certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti et in ea sola quiescenti peccata dimitti vel dimissa esse dicendum est, cum apud haereticos et schismaticos possit esse, immo nostra tempestate sit et magna contra Ecclesiam catholicam contentione praedicetur

Mas, aun cuando sea necesario creer que los pecados no se remiten ni fueron jamás remitidos sino gratuitamente, por la misericordia divina a causa de Cristo, sin embargo, no puede decirse que se perdonan o se han perdonado los pecados a nadie por gloriarse en la confianza y certeza de que le son remitidos y por apoyarse en ella sola. Porque esa vana confianza y ajena a toda piedad puede darse entre los herejes y cismáticos; es más, en nuestro tiempo se da y se predica

³² Ibid., n.24.

³³ FULGENCIO DE RUSPE, *De fide lb. ad Petrum* pról.1: ML 65,671/ML 40,753 (Ps. August.)

³¹ RITUALE ROM., *Ordo bapt.* n.1.

vana haec et ab omni pietate remota fiducia [can. 12].

845 Sed neque illud asserendum
1534 est, oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos, neminemque a peccatis absolvi ac iustificari, nisi eum, qui certo credat, se absolutum et iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem et iustificationem perfici [can. 14], quasi qui hoc non credit, de Dei promissis deque mortis et resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito deque sacramentorum virtute et efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare et timere potest [can. 13], cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

C.10. El acrecentamiento de la justificación recibida

846 Sic ergo iustificati et amici
1535 Dei ac domestici (Ic 15,15; Eph 2,19) facti, euntes de virtute in virtutem (Ps 83,8), renovantur (ut Apostolus inquit) de die in diem (2 Cor 4,16), hoc est, mortificando membra carnis (Col 3,5) suae et exhibendo ea arma iustitiae (Rom 6,13-19) in sanctificationem per observationem mandatorum Dei et Ecclesiae: in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus (Iac 2,22), crescut atque magis iustificatur [can. 24 et 32], sicut scriptum est: Qui iustus est, iustificetur adhuc (Apoc 22,11), et iterum: Ne ve rearis usque ad mortem iustificari (Eccli 18,22), et rursus: Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum (Iac 2,24). Hoc vero ius-

con gran aparato contra la Iglesia católica [canon 12].

Pero tampoco ha de afirmarse que aquellos que están verdaderamente justificados tienen que estar indubitablemente convencidos de que están justificados y que nadie es absuelto de sus pecados y justificado, sino aquel que cree con certeza que está absuelto y justificado y que por esta sola fe se efectúa la absolución y justificación [canon 14], como si no creer esto fuera dudar de las promesas de Dios y de la eficacia de la muerte y de la resurrección de Cristo. En efecto, así como ningún hombre piadoso puede dudar de la misericordia de Dios, del merecimiento de Cristo, ni de la virtud y eficacia de los sacramentos, así también, si considera su propia debilidad y su falta de disposición, puede interrogarse con temor y temblor acerca de su gracia [canon 13]; porque nadie puede saber con certeza de fe, en la que es imposible el error, que ha conseguido la gracia de Dios.

Justificados, pues, de esta manera y hechos amigos de Dios y miembros de su familia (Jn 15,15; Ef 2,19), caminando cada vez con más vigor (Sal 83,8), se renuevan de día en día, como dice el Apóstol (2 Cor 4,16), esto es, mortificando los miembros terrenos (Col 3,5), y presentándolos como armas de la justicia (Rom 6,13-19) para la santificación mediante la observancia de los mandamientos de Dios y de la Iglesia; crecen en la misma justicia recibida por la gracia de Cristo cooperando la fe con las buenas obras (Sant 2,22) y se justifican más [canon 24 y 32], como está escrito: Que el justo siga practicando la justicia (Apoc 22,11), y también: No te avergüences de justificarte hasta la muerte (Eclo 18,22); y de nuevo: Veis que por las obras se justifica el hombre y no sólo por la fe (Sant 2,24). Y este acrecentamiento de justicia es el que pide la Iglesia cuando ora: «Concedéanos, Señor, que aumente nuestra fe, nuestra esperanza y nuestra cari-

titiae incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat: *Da nobis, Domine, fidei, spei et caritatis augmentum* [Dom. 13 post Pent.].

dad] [dom.13 después de Pentecostés; en la nueva liturgia, dom. 30 del tiempo ordinario].

C.11. De la observancia de los mandamientos; de su necesidad y posibilidad

847 Nemo autem, quantumvis
1536 iustificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum [can. 20] putare debet; nemo temeraria illa et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei praecepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia [can. 18 et 22; cf. n.818]. «Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis»³⁴, et adiuvat ut possis; cuius mandata gravia non sunt (1 Io 5,3), cuius iugum suave est et onus leve (Mt 11,30). Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, (ut ipsemet testatur) servant sermones eius (Io 14,23), quod utique cum divino auxilio praestare possunt.

Pero nadie, por más justificado que esté, puede considerarse liberado de la guarda de los mandamientos [cf. canon 20]; nadie debe emplear aquella fórmula temeraria y anatematizada por los Santos Padres: que la observancia de los mandamientos de Dios es imposible para el hombre justificado [canon 18 y 22]. «Porque Dios no manda cosas imposibles, sino que al mandar lo que manda, te invita a hacer lo que puedas y a pedir lo que no puedas³⁴, y te ayuda para que puedas; sus mandamientos no son pesados (1 Jn 5,3), su yugo es suave y su carga ligera (Mt 11,30). Porque los que son hijos de Dios aman a Cristo: y los que lo aman (él mismo lo dice), guardan sus palabras (cf. Jn 14,23), cosa que les es posible con la ayuda de Dios.

848 Licet enim in hac mortali vita
1537 quantumvis sancti et iusti in levitia saltem et quotidiana, quae etiam venialia [can. 23] dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est et humilis et verax: *Dimitte nobis debita nostra* (Mt 6,12; cf. n.788). Quo fit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiae sentire debeant, quo liberati iam a peccato, servi autem facti Deo (Rom 6,22), sobrie et iuste et pie viventes (Tit 2,12), proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam (Rom 5,2). Deus namque sua gratia semel iustificatos, «non deserit, nisi ab eis prius deseratur»³⁵.

Porque, aun cuando en esta vida mortal, aun los más santos y justos, caigan alguna vez en pecados, al menos leves y cotidianos, que también se llaman veniales [canon 23], no por eso dejan de ser justos. Porque aquella oración de los justos es humilde y verdadera: *perdónanos nuestras deudas* (Mt 6,12; cf. n.788). De lo cual resulta que los justos mismos deben sentirse tanto más obligados a caminar por la senda de la justicia, cuanto que, liberados ya del pecado y hechos siervos de Dios (Rom 6,22), viviendo sobria, justa y piadosamente (Tit 2,12), pueden progresar por obra de Cristo Jesús, por quien tuvieron acceso a esta gracia (Rom 5,2). Porque Dios no abandona a los que una vez justificó por su gracia, si antes no es abandonado por ellos³⁵.

³⁴ Cf. SAN AGUSTÍN, *De natura et gratia* 43,50: ML 44,271.

³⁵ Cf. *Ibid.*, 26,29: ML 44,261.

849 Itaque nemo sibi in sola fide
1538 [can. 9 19 20] blandiri debet,
putans fide sola se heredem esse
constitutum hereditatemque
consecuturum, etiamsi Christo
non compatitur, ut et conglorificetur (Rom 8,17). Nam et Christus ipse (ut inquit Apostolus), cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, oboedientiam, et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae (Hebr 5,8sq). Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens: Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar (1 Cor 9,24sq). Item princeps Apostolorum Petrus: Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis; haec enim facientes non peccabitis aliquando (2 Petr 1,10).

850 Unde constat, eos orthodoxae
1539 religionis doctrinae adversari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare [can. 25], aut (quod intolerabilius est) poenas aeternas mereri; atque etiam eos, qui statuunt, in omnibus operibus iustos peccare, si in illis, suam ipsorum socordiam excitando et sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque inuentur aeternam [can. 26 31], cum scriptum sit: *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem* (Ps 118,112), et de Moysse dicat Apostolus, quod *aspiciebat in remunerationem* (Hebr 11,26).

C.12. Debe evitarse la presunción temeraria de la predestinación

851 Nemo quoque, quamdiu in
1540 hac mortalitate vivitur, de arca-

Así pues, nadie debe pavonearse con la sola fe [cf. canon 9.19.20], pensando que con la sola fe ya ha sido hecho heredero y ha de conseguir la herencia, aunque no *paderça juntamente con Cristo, para ser juntamente glorificado con él* (Rom 8,17). Porque Cristo mismo, al decir del Apóstol, *siendo Hijo de Dios, aprendió la obediencia con lo que experimentó; y legado a la perfección, se convirtió en causa de salvación eterna para todos los que le obedecen* (Hebr 5,8s). Por eso, el mismo Apóstol hace a los justos esta advertencia: *¿No sabéis que en las carreras del estadio todos corren, mas uno solo recibe el premio? Corred, pues, de modo que lo consigáis. Yo corro, pues, no como a la ventura, y lucto, no como dando golpes en el vacío, sino que golpeo mi cuerpo y lo someto; no sea que después de haber predicado a otros, yo mismo resulte descalificado* (1 Cor 9,24ss). Igualmente, el Príncipe de los Apóstoles, Pedro: *Andad solícitos para que, por las buenas obras, asegureis vuestra vocación y elección; porque haciendo esto, no pecaréis jamás* (2 Pe 1,10).

Se echa de ver, pues, que contradicen la doctrina ortodoxa de la religión aquellos que afirman que el justo peca en toda obra buena, al menos venialmente [canon 25]; o lo que es más inadmisiblemente aún, que merece el castigo eterno. También aquellos que pontifican que los justos pecan en todas sus obras, si, para despertar su desidia y para animarse a correr en el estadio, a este fin primario que es la gloria de Dios añaden también en sus miras el de la recompensa eterna [canon 26 y 31]. Porque está escrito: *Inclíneme corazón a la práctica de tus mandatos, por causa de la recompensa* (Sal 118,112); y de Moisés dice el Apóstol que *tenía puestos los ojos en la retribución* (Heb 11,26).

no divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuatur, se omnino esse in numero praedestinatorum [can. 15], quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit [can. 23], aut, si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debebat. Nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit [can. 16].

C.13. El don de la perseverancia

852 Similiter de perseverantiae
1541 munere [can. 16], de quo scriptum est: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Mt 10,22; 24,13) —quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui *potens est eum, qui stat, statuere* (Rom 14,4), ut perseveranter stet, et eum, qui cadit, restituere—, nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut coepit opus bonum ita perficiet, operans velle et perficere (Phil 2,13; can. 22). Verumtamen qui se existimant stare, videant, ne cadant (1 Cor 10,12), et cum timore ac tremore salutem suam operentur (Phil 2,12), in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus et oblationibus, in ieiuniis et castitate (cf. 2 Cor 6,3sq). Formidare enim debent, scientes, quod in spem (cf. 1 Petr 1,3) gloriae et nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: *Debitorum sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis* (Rom 8,12sq).

Digase algo parecido del don de la perseverancia [canon 16], del que está escrito: *El que perseverare hasta el fin, se salvará* (Mt 10,22; 24,13); cosa que no es posible de obtener sino de aquel que es poderoso para sostener al que está de pie (Rom 14,4), para que continúe estándolo y para levantar al que cae. Nadie se prometa nada cierto con absoluta certeza, aunque todos deben colocar y retener su más firme esperanza en el auxilio de Dios. Porque si no son infieles a su gracia, Dios, que comenzó la obra buena, la llevará a su término, operando el querer y el hacer (Flp 2,13; canon 22). Sin embargo, los que creen estar de pie, miren que aún no han nacido a la gloria, sino a la salvación con temor y temblor (Flp 2,12), en los trabajos, vigilias, limosnas, oraciones, ofrendas, ayunos y castidad (cf. 2 Cor 6,3s). Porque, en efecto, pues saben que aún no han nacido a la gloria, sino a la esperanza de la gloria (cf. 1 Pe 1,3), tienen que temer, por razón de la lucha que aún les queda librar con la carne, con el mundo y con el diablo; lucha de la que no pueden salir victoriosos si no obedecen, con la gracia de Dios, a las palabras del Apóstol: *No somos deudores de la carne para vivir según la carne; pues si vivís según la carne, moriréis. Pero si con el Espíritu hacéis morir las obras de la carne, viviréis* (Rom 8,12s).

C.14. Sobre los que han caído y su reparación

853 Qui vero ab accepta iustifica-
1542 tionis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt [can. 29], cum excitante Deo per poenitentiae sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam «secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam» sancti Patres³⁶ apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae, cum dixit: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt* (Jo 20,22-23).

854 Unde docendum est, christiani hominis poenitentiam post
1543 lapsum multo aliam esse a baptismali, eaque contineri non modo cessationem a peccatis, et eorum detestationem, aut «contritum et humiliatum» (Ps 50,19), verum etiam et eorum sacramentalem confessionem, saltem in voto et suo tempore faciendam, et sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunium, eleemosynas, orationes et alia pia spiritualis vitae exercitia, non quidem pro poena aeterna, quae vel sacramento vel sacramenti voto una cum culpa remittitur, sed pro poena temporalis [can. 30], quae (ut sacrae Litterae docent) non tota semper, ut in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiae Dei, quam acceperunt, ingrati *Spiritum Sanctum contristaverunt* (cf. Eph 4,30) et *templum Dei violare* (1 Cor 3,17) non sunt veriti. De qua poenitentia scriptum est: *Memor esto, unde exci-*

En cuanto a los que después de haber recibido la gracia de la justificación se apartaron de ella por el pecado, podrán de nuevo ser justificados [canon 29], siempre y cuando, movidos por Dios, procuren recuperar la gracia perdida, por medio del sacramento de la penitencia, que está fundado en el mérito de Cristo. Porque este modo de justificación es la reparación del pecador que justamente llamaron los Santos Padres *la segunda tabla después del naufragio de la gracia perdida*³⁶. Y, en efecto, para aquellos que después del bautismo caen en pecado, es para quienes instituyó Cristo Jesús el sacramento de la penitencia, cuando dijo: *Recibid el Espíritu Santo; a quienes perdonareis los pecados, les serán perdonados y a quienes se los retuviereis les serán retenidos* (Jn 20,22-23).

Hay, pues, que enseñar que la penitencia de un cristiano que ha pecado, es muy diferente de la penitencia bautismal; ella comporta no sólo el abandono y la detestación de los pecados, o *un corazón contrito y humillado* (Sal 50,19), sino también la confesión sacramental de los mismos, al menos en el deseo, y que habrá de realizarse a su debido tiempo; la absolución sacerdotal; también comporta la satisfacción por medio de ayuno, limosnas, oraciones y otros piadosos ejercicios de la vida espiritual. Estos ejercicios no se hacen para remitir la pena eterna, que se remite juntamente con la culpa, en la recepción o con el deseo del sacramento, sino para remitir la pena temporal [canon 30] que (según la enseñanza de la Sagrada Escritura) no siempre se remite totalmente (cosa que sucede en el bautismo), a quienes ingratos con la gracia de Dios que recibieron, *han contristado al Espíritu Santo* (cf. Ef 4,30) y no han temido profanar el templo de Dios (1 Cor 3,17). De esta penitencia está escrito: *Acuérdate de dónde has caído; haz penitencia y vuelve a tus primeras obras* (Ap 2,5); y de nuevo: *La tristeza que es según Dios,*

deris, age poenitentiam, et prima opera fac (Apoc 2,5), et iterum: *Quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur* (2 Cor 7,10), et rursus: *Poenitentiam agite* (Mt 3,2; 4,17), et: *Facite fructus dignos poenitentiae* (Mt 3,8).

produce arrepentimiento estable para la salvación (2 Cor 7,10); y otra vez: *Haced penitencia* (Mt 3,2; 4,17); y: *Haced frutos dignos de penitencia* (Mt 3,8).

C.15. Con cualquier pecado mortal se pierde la gracia, pero no la fe

855 Adversus etiam hominum
1544 quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium (Rom 16,18), asserendum est, non modo infidelitate [can. 27], per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides [can. 28], acceptam iustificationis gratiam amitti: divinae legis doctrinam defendendo, quae a regno Dei non solum infideles excludit, sed et fideles quoque *fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces* (1 Cor 6,9sq), ceterosque omnes, qui letalia committunt peccata, a quibus cum divinae gratiae adiumento abstinere possunt et pro quibus a Christi gratia separantur [can. 27].

Contra ciertos espíritus sutiles que seducen los corazones de la gente sencilla con palabras suaves y lisonjeras (Rom 16,18), hay que afirmar que la gracia de la justificación que se ha recibido no sólo se pierde por la infidelidad [canon 28], por la cual se pierde incluso la fe, sino por cualquier otro pecado mortal. Así defendemos la enseñanza de la ley divina, que no sólo excluye del reino de Dios a los infieles, sino también a fieles *fornicarios, adúlteros, afeminados, sodomitas, ladrones, avaros, maldicientes, rapaces* (1 Cor 6,9s); y a todos los otros que cometen pecados mortales de los que pueden abstenerse con ayuda de la divina gracia, y por los que se apartan de la gracia de Cristo [canon 27].

C.16. Del fruto de la justificación, es decir, del mérito de las buenas obras y de la naturaleza del mismo mérito

856 Hac igitur ratione iustificatis
1545 hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: *Abundate in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino* (1 Cor 15,58); *non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, quam ostenditis in nomine ipsius* (Hebr 6,10), et: *Nolite amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem* (Hebr 10,35). Atque ideo bene operantibus us-

Así, pues, en esta perspectiva hay que proponer las palabras del Apóstol a los hombres que están justificados, bien sea que hayan conservado siempre la gracia recibida, bien sea que una vez perdida la hayan recuperado: *Sed ricos en buenas obras conscientes de que vuestro trabajo no es vano en el Señor* (1 Cor 15,58), *porque Dios no es injusto para olvidarse de vuestra labor y del amor que habéis mostrado a su nombre* (Heb 6,10); y: *No perdáis vuestra confianza, que tiene gran recompensa* (Heb 10,35). Y, por eso, a los que obran bien basta el final (Mt 10,22), y esperan en Dios, ha de proponérseles la vida eterna, no sólo como gracia prometida misericordiosa-

³⁶ TERTULIANO, *De poenitentia* 42,2; 12,9: ML 1,1343,1360; JERÓNIMO STRID., *Epist. 84 ad Pamphilius* 6: ML 22,748; ID., *Epist. 130 ad Demetriadem* 9: 22,1115. De aquí pasó a GRACIANO, *Decret. II*, 33 q.3 c.72 y a PEDRO LOMBARDO, *Sent. IV* dist.14,1-2. SAN PACIANO DE BARCELONA, *Epist. 1 ad Sempronianum* 5: ML 13,1056 y otros.

que in finem (Mt 10,22) et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tanquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, et tanquam merces»³⁷ ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda [can. 26 et 32]. Haec est enim illa corona iustitiae, quam post suum certamen et cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, a iusto iudice sibi reddendam, non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum eius (2 Tim 4,7sq).

857 Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra (Eph 4,15) et tanquam vitis in palmites (Io 15,5) in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quae virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent [can. 2]: nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem operibus, quae in Deo sunt facta, divinae legi pro huius vitae statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint (Apoc 14,13), consequendam vere promeruisse censeantur [can. 32], cum Christus Salvator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam (Io 4,13sq).

858 Ita neque propria nostra iustitia tanquam ex nobis propria statuitur, neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei (Rom 10,3); quae enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhaerentem iustificamur [can. 10 et 11], illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum.

mente por Cristo a los hijos de Dios, sino también «como retribución»³⁷ que, según la promesa del mismo Dios, habrá de darse fielmente a sus buenas obras y a sus méritos [canon 26 y 32]. Esta es, en efecto, la corona de justicia que el Apóstol declara que se le tiene reservada después de su combate y su carrera; que el justo juez se la daría no sólo a él, sino a todos aquellos que aman su venida (2 Tim 4,7s).

Porque Cristo Jesús mismo comunica constantemente su fuerza a los justificados, como la cabeza a los miembros (Ef 4,15), y como la vid a los sarmientos (Jn 15,5). Esta fuerza precede, acompaña y sigue siempre a sus buenas obras, y sin ella no podrían ser a ningún título agradables a Dios y meritorias [canon 2]. Por todo esto, hay que creer que a los justificados no les falta ya nada para que se considere que con aquellas obras que han sido hechas en Dios, ellos han satisfecho plenamente a la ley divina, en las condiciones de la vida presente, y que han merecido en verdad la vida eterna [canon 32]; ésta la alcanzarán también a su debido tiempo, con tal que mueran en gracia (Ap 14,13), pues que Cristo nuestro Salvador dice: Si alguno bebiere de este agua que yo le daré, no tendrá sed jamás, sino que se convertirá en él en fuente de agua que brota para la vida eterna (Jn 4,14).

Así, ni nuestra justicia personal se constituye como si fuera algo que procede de nosotros mismos, ni se desconoce o se niega la justicia de Dios (cf. Rom 10,3). Esta justicia se dice nuestra, porque por su íntima unión a nosotros, somos justificados [canon 10 y 11]; es también de Dios porque es Dios el que la infunde en nosotros por los merecimientos de Cristo.

859 Neque vero illud omittendum est, quod, licet bonis operibus in sacris Litteris usque adeo tribuatur, ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquae frigidae dederit, promittat Christus, eum non esse sua mercede cariturum (Mt 10,42), et Apostolus testetur, id quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operari in nobis (2 Cor 4,17); absit tamen, ut christianus homo in se ipso vel confidat vel gloriatur et non in Domino (cf. 1 Cor 1,31; 2 Cor 10,17), cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita [can. 32], quae sunt ipsius dona [cf. n.799].

860 Et quia in multis offendimus omnes (Iac 3,2) [can.23], unusquisque sicut misericordiam et bonitatem, ita severitatem et iudicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda et iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit unicuique a Deo (1 Cor 4,4sq), qui, ut scriptum est, reddet unicuique secundum opera sua (Rom 2,6).

861 Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam [can. 33], quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, iustificari non poterit, placuit sanctae Synodo hos canones subiungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere et sequi, sed etiam quid vitare et fugere debeant.

862 Can. 1. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vires, vel per Legis doctrinam fiant, absque divina per Christum Iesum gra-

Pero tampoco hay que olvidar que aun cuando en la Sagrada Escritura se atribuye tanto valor a las buenas obras, que Cristo promete, que quien diere un vaso de agua fresca a uno de sus discípulos más pequeños, no quedará sin recompensa (Mt 10,42); y el Apóstol atestigua que lo que ahora nos es una tribulación momentánea y leve, nos prepara un peso eterno de gloria, por encima de toda medida en los cielos (2 Cor 4,17); sin embargo, el cristiano ha de estar lejos de confiar o gloriarse en sí mismo y no en el Señor (cf. 1 Cor 1,31; 2 Cor 10,17), cuya bondad para con los hombres es tan grande, que quiere que sean méritos de ellos [canon 32], lo que son dones de él mismo [cf. n.799].

Y puesto que todos tropezamos en muchas cosas (Sant 3,2) [canon 23], cada uno tiene que tener ante los ojos tanto la misericordia y la bondad, como la severidad y el juicio de Dios; y nadie debe juzgarse a sí mismo, aun cuando no fuera consciente de ninguna falta; porque toda la vida de los hombres ha de ser examinada y juzgada, no por un juicio humano, sino por el juicio de Dios, quien iluminará los secretos de las tinieblas y pondrá de manifiesto los propósitos de los corazones y, entonces, cada uno recibirá la alabanza de Dios (1 Cor 4,4ss), el cual retribuirá a cada uno según sus obras, como está escrito (Rom 2,6).

Después de esta exposición de la doctrina católica sobre la justificación [canon 33], doctrina que todos deben de recibir fiel y firmemente, so pena de no ser justificados, plugo al santo concilio añadir los cánones siguientes, para que todos sepan no sólo aquello que deben mantener y seguir, sino también lo que deben evitar y esquivar.

Cánones sobre la justificación

1. Si alguien dijere que el hombre puede ser justificado ante Dios por sus obras, ya sean realizadas con las fuerzas de la naturaleza humana o con las enseñanzas de la Ley, sin la gracia divina

³⁷ SAN AGUSTÍN, *De gratia et libero arbitrio* 8,20: ML 44,893.

- tia posse iustificari coram Deo: anathema sit [cf. n.832]. que viene por Jesucristo, sea anatema [n.832].
- 863 Can. 2. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste vivere ac vitam aeternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen et difficulter possit: A. S. [cf. n.836,857]. 2. Si alguno dijere que la gracia divina se da por medio de Cristo Jesús, sólo con el fin de facilitar al hombre la vida en la justicia y merecer la vida eterna; como si por su libre albedrío, sin la gracia de Dios, fuera capaz de ambas cosas, si bien con trabajo y dificultad, sea anatema [cf. n.836,857].
- 864 Can. 3. Si quis dixerit, sine praeviente Spiritus Sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare et diligere aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur: A. S. [cf. n.836]. 3. Si alguno dijere que sin la inspiración proveniente del Espíritu Santo y sin su ayuda, puede el hombre creer, esperar y amar o arrepentirse como conviene para que se le confiera la gracia de la justificación, sea anatema [cf. n.836].
- 865 Can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, sed velut inanimem quoddam nihil omnino agere mereque passive se habere: A. S. [cf. n.836]. 4. Si alguno dijere que el libre albedrío del hombre movido y excitado por Dios, en nada coopera cuando asiente al impulso de Dios que lo llama para que se disponga y prepare a obtener la gracia de la justificación; y que no puede rehusar su consentimiento, si quiere, sino que a la manera de un ser inanimado no hace absolutamente nada y se comporta de un modo meramente pasivo, sea anatema [cf. n.836].
- 866 Can. 5. Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum denique a satana invecum in Ecclesiam: A. S. [cf. n.832, 836, 830]. 5. Si alguno dijere que el libre albedrío se perdió y se extinguió después del pecado de Adán, o que es una realidad solamente verbal, más aún, un título sin realidad, una ficción, en fin, introducida por Satanás en la Iglesia, sea anatema [cf. n.832.836.830].
- 867 Can. 6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit proprium eius opus non minus proditio Iudae quam vocatio Pauli: A. S. 6. Si alguno dijere que no está en la mano del hombre el hacer malos sus pasos, sino que tanto las obras malas como las buenas es Dios quien las hace, no sólo en cuanto que las permite, sino propiamente y por sí mismo, de suerte que no es menos suya la traición de Judas que la vocación de Pablo, sea anatema.
- 868 Can. 7. Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponente ad gratiam, tanto eum gravius peccare: A. S. [cf. n.837]. 7. Si alguno dijere que todas las obras que preceden a la justificación son verdaderos pecados y merecen el odio de Dios, háganse como se hagan; o que cuanto más esfuerzos hace el hombre por prepararse a la gracia, más grave es su pecado, sea anatema [cf. n.837].
- 869 Can. 8. Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus vel a peccando abstinemus, peccatum esse aut peccatores peiores facere: A. S. [cf. n.837,1134]. 8. Si alguno dijere que el temor del infierno por el que, doliéndonos de los pecados, nos refugiamos en la misericordia de Dios, o nos abstenemos de pecar, es pecado o hace peores a los pecadores, sea anatema [cf. n.837,1134].
- 870 Can. 9. Si quis dixerit, sola fide impium iustificari, ita ut intelligat, nihil aliud requiri, quo ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse, eum suae voluntatis motu praeparari atque disponi: A. S. [cf. n.843.849]. 9. Si alguno dijere que el impío se justifica por la fe sola, en el sentido que ninguna otra cooperación se requiera para obtener la gracia de la justificación y que no es necesario por ningún concepto que él se prepare y disponga con el movimiento de su voluntad, sea anatema [cf. n.843.849].
- 871 Can. 10. Si quis dixerit, homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse: A. S. [cf. n.834, 840]. 10. Si alguno dijere que los hombres son justificados sin la justicia de Cristo por la cual nos mereció ser justificados; o que es esta justicia misma la que los hace formalmente justos, sea anatema [cf. n.834.840].
- 872 Can. 11. Si quis dixerit, homines iustificari vel sola impunitate iustitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et caritate, quae in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur atque illis inhaereat, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum favorem Dei: A. S. [cf. n.839ss., 856ss.]. 11. Si alguno dijere que los hombres son justificados, bien por la sola imputación de la justicia de Cristo, o por la sola remisión de los pecados, con exclusión de la gracia y de la caridad que se difunde en sus corazones por el Espíritu Santo y permanece inherente en ellos; o bien que la gracia por la que somos justificados consiste solamente en el favor de Dios, sea anatema [cf. n.839ss., 856ss.].
- 873 Can. 12. Si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur: A. S. [cf. n.844-845]. 12. Si alguno dijere que la fe que justifica no es otra cosa sino la confianza en la misericordia divina que remite los pecados a causa de Cristo, o que esta confianza es lo único con lo que somos justificados, sea anatema [cf. n.844-845].
- 874 Can. 13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo et absque ulla haesitatione propriae 13. Si alguno dijere que para conseguir la remisión de los pecados es necesario a todos el creer con certeza y sin ninguna vacilación fundada en su debilidad y en su falta de disposición, que sus

infirmittatis et indispotionis, peccata sibi esse remissa: A. S. [cf. n.844, 1138].

875 Can. 14. Si quis dixerit, hominem a peccatis absolvi ac iustificari ex eo, quod se absolvi ac iustificari certo credat, aut neminem vere esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, et hac sola fide absolutionem et iustificationem perfici: A. S. [cf. n.844, 1138].

876 Can. 15. Si quis dixerit, hominem renatum et iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in numero praedestinatorum: A. S. [cf. n.851].

877 Can. 16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit: A. S. [cf. n.851sq].

878 Can. 17. Si quis iustificationis gratiam non nisi praedestinati ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote divina potestate praedestinos ad malum: A. S. [cf. n.818].

879 Can. 18. Si quis dixerit, Dei praecepta homini etiam iustificato et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia: A. S. [cf. n.847].

880 Can. 19. Si quis dixerit, nihil praeceptum esse in Evangelio praeter fidem, cetera esse indifferentia, neque praecepta, neque prohibita, sed libera, aut decem praecepta nihil pertinere ad Christianos: A. S. [cf. n.847ss.].

881 Can. 20. Si quis hominem iustificatum et quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, sed tantum ad cre-

pecados le han sido perdonados, sea anatema [cf. n.844 y 1138].

14. Si alguno dijere que el hombre es absuelto de sus pecados y justificado por el hecho de creer con certeza que está absuelto y justificado; o que nadie está verdaderamente justificado sino el que cree que está justificado y que sólo con esta fe se efectúa la absolución y justificación, sea anatema [cf. n.844 y 1138].

15. Si alguno dijere que el hombre regenerado y justificado está obligado por la fe a creer que él está ciertamente entre el número de los predestinados, sea anatema [cf. n.851].

16. Si alguno dijere con absoluta e infalible certeza que él obtendrá ciertamente aquel gran don de la perseverancia final, salvo que lo haya sabido por especial revelación, sea anatema [cf. n.851s].

17. Si alguno dijere que la gracia de la justificación no se da sino a los predestinados a la vida y que todos los demás que son llamados, son llamados ciertamente, pero no reciben la gracia, puesto que están predestinados al mal por el poder de Dios, sea anatema [cf. n.818].

18. Si alguno dijere que los mandamientos de Dios son imposibles de observar, aun por el hombre justificado y establecido bajo la gracia, sea anatema [cf. n.847].

19. Si alguno dijere que nada está mandado en el evangelio además de la fe; que lo demás es indiferente: ni mandado, ni prohibido, sino libre; o que los diez mandamientos nada tienen que ver con los cristianos, sea anatema [cf. n.847ss].

20. Si alguno dijere que el hombre justificado y todo lo perfecto que se quiera no está obligado a observar los mandamientos de Dios y de la Iglesia, sino únicamente a creer, como si el

dendum, quasi vero Evangelium sit nuda et absoluta promissio vitae aeternae, sine conditione observationis mandatorum: A. S. [cf. n.847s., 573].

882 Can. 21. Si quis dixerit, Christum Iesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obediant: A. S.

883 Can. 22. Si quis dixerit, iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse: A. S. [cf. n.852].

884 Can. 23. Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse iustificatum; aut contra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia: A. S. [cf. n.848,860].

885 Can. 24. Si quis dixerit, iustitiam acceptam non conservari atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse iustificationis adeptae, non etiam ipsius augendae causam: A. S. [cf. n.846].

886 Can. 25. Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius est) mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem: A. S. [cf. n.828,829].

887 Can. 26. Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta, expectare et sperare aeternam

Evangelio fuera simplemente una promesa absoluta de la vida eterna sin condición de observar los mandamientos, sea anatema [cf. n.847s, 573].

21. Si alguno dijere que Jesucristo fue dado por Dios a los hombres, como redentor en quien tienen que confiar y no también como legislador al que tienen que obedecer, sea anatema.

22. Si alguno dijere que el que ha sido justificado puede perseverar sin especial auxilio de Dios en la justicia recibida, o que con este auxilio no puede perseverar, sea anatema [cf. n.852].

23. Si alguno dijere que el hombre, una vez justificado, ya no puede pecar³⁸, ni perder la gracia; y, por consiguiente, el que cae y peca no estuvo jamás verdaderamente justificado; o, por el contrario, que durante toda su vida puede evitar todos los pecados, incluso veniales, a no ser que se trate de un privilegio especial de Dios, como la Iglesia lo afirma de la bienaventurada Virgen, sea anatema [cf. n.848 y 860].

